militer esset ordinatum[e]; eodem modo, si velle amicitiae esset ordinatum, velle concupiscentiae consequens illud, esset ordinatum, – nam si ordinate amo illud cui amo bonum, ordinate volo quod concupisco sibi[55] cui volo bonum.

### [2. – De prima inordinatione 'velle amicitiae']

Sequitur igitur quod simpliciter primus actus voluntatis inordinatus fuit 'primum velle amicitiae' respectu eius cui voluit bonum. Hoc autem obiectum non fuit Deus, quia non potuit Deum inordinate – ex intensione[56] – amare ex amicitia, nam Deus est tale amabile quod ex sola ratione sui, ut obiectum est, dat completam rationem bonitatis actui perfecte intenso. Nec est verisimile quod aliquid aliud a se nimis intense dilexerit actu amicitiae: tum quia inclinatio naturalis magis inclinavit ad se quam ad aliquid aliud creatum sic amandum, – tum quia non videtur quod aliquid aliud a se 'creatum' sic intellexerit sicut se, – tum quia amicitia fundatur super unitatem (VIII *Ethico-* 37

---

13* [e] *Sequitur textus interpolatus*: nam si ordinate amo, ordinate odio nociva amati[7*].

APSVZBNYOQ(γμυ)

251 esset¹] esse (!) Y | eodem] eo N* | esset²] cum (!) Q   252 illud] eius Y ei O sibi *ante* consequens Q | esset] est Q   253 cui] quod O | amo²] volo A | volo] *add.* illud cui (c. *om.* B¹) bonum volo (v. *om.* B¹) B | volo quod *om.* Q   253-254 quod — sibi] illud ASVYO   254 cui volo bonum] b. Q *om.* ZB   256-257 inordinatus] ordinatus O *om.* V   257 fuit] potest Q   258 inordinate *in corr.* Q¹   259 ex intensione] ex intentione VOQ intensive Y | ex amicitia] amore amicitiae Q | tale *om.* P*   260 ex *om.* V | sola *post* sui A   261 perfecto Y | quod] quia Y | aliquid *om.* V   262 dilexit AB   263 inclinavit] inclinat O inclinatur Y | quam] quod Z | aliud *om.* Y | creatum] *add.* a se Y | creatum sic amandum *om.* ASV   263-264 sic — creatum *om.* O²   264 a] ad S | creatum] *ante* a VO? *ante* aliud Q   264-265 intellexit AVZB   265 sicut *om.* V   265-267 tum — IX Ethicorum *om.* YOQ   265 fundatur] terminatur V

13*-14* nam — amati = Q *edd.*

F *265-266* Aristot., *Eth. Nic.* VIII c. 6 (AL XXVI³ 306; Θ c. 7, 1158*a* 10-13): «Multis autem esse amicum secundum perfectam amicitiam, non contingit, quemadmodum neque amare multas simul: assimilatur enim superabundantiae; tale autem ad unum natum est fieri». Similiter ibid. IX c. 12 (p. 341; I c. 10, 1171*a* 10-13).

T [55] scil. illi. – De usu pronominis «sui, sibi, se» cf. *Prolegomena* ad nostrum vol. XIX 50*-51*. [56] scil. intensive.

[7*] Cf. textus Scoti hic, lin. 253-254.

*rum*), et etiam 'amicabilia ad alterum' procedunt ex amicabilibus ad se ipsum (ex IX *Ethicorum*). Igitur primus actus inordinatus fuit actus amicitiae respectu sui ipsius.

38 Et hoc est quod dicit Augustinus, XIV *De civitate Dei* cap. ultimo: 'Duo amores fecerunt duas civitates: civitatem Dei amor Dei usque ad contemptum sui, et civitatem diaboli amor sui usque ad contemptum Dei'. Prima ergo radix 'civitatis diaboli' fuit inordinatus amor amicitiae, quae 'radix' germinavit usque ad contemptum Dei, – in quo consummata est ista malitia.

Sic patet de inordinatione simpliciter prima, quae fuit simpliciter in primo velle inordinato.

### [3. – DE PRIMA INORDINATIONE 'VELLE CONCUPISCENTIAE']

39 Nunc restat videre de prima inordinatione ipsius 'velle concupiscentiae'. [5]

#### [a. – DE CONCUPISCENTIA BEATITUDINIS]

40 [Probatur angelum primo concupisse sibi immoderate beatitudinem] – Et videtur ibi esse dicendum quod primo concupivit sibi immoderate beatitudinem. Quod probatur:

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

266 etiam *om.* AV 268 respectu *om.* V 269 XIV] IV V | De civitate] Civitatis S | Dei *om.* AZBOQ 269-270 cap. ultimo] c. 17 V *om.* YO 270 Duo — fecerunt] Hoc est quod fecit YO | civitates] *add.* scilicet V 270-271 Dei$^1$ — civitatem *om.* A 270 Dei$^2$] sui Dei (!) Q 271 contemptum] *add.* Dei, igitur prima radix civitatis diaboli amor sui usque ad contemptum Q$^+$(¶ *sign.* Vacat) | sui$^1$] diaboli O 272 Dei] sui Y$^+$ | Prima ergo] Ergo pr. Q 272-274 Prima — Dei *om.* O$^*$ 272 diaboli *rep. ante* civitatis N$^+$ 272-273 inordinatus] inordinata (*add.* scilicet V$^2$) V 273 amicitiae] *add.* sui Q | germinabit Q 274 consummata] *post* est ZBY consumpta A | ista malitia] m. i. (i.] illa O$^2$) O$^2$Q *om.* O$'$ 275 Sic] sicut PVZ$^+$Y *add.* igitur NQ | prima] praecisa Y | quae fuit *rep.* P$^+$ | simpliciter$^2$ *post* inordinato (276) Y 276 inordinato] deordinato PZBN deordinatae naturae V 278 Nunc] *post* restat Q Et YO 282 ibi] *post* dicendum B *om.* ZYQ | esse *om.* YO | dicendum *in ras.* O$^2$ | prius O | concupiverit Q | immoderate] inordinate VYO$^2$Q

F 267 ARISTOT., *Eth. Nic.* IX c. 9 (AL XXVI$^3$ 335; I c. 8, 1168*b* 1-10): «Aiunt enim oportere amare maxime 'maxime amicum': amicus autem maxime, qui vult – cui maxime vult – bona illius gratia, et si nullus sciet; haec autem exsistunt maxime ipsi ad se ipsum, et reliqua utique omnia quibus amicus determinatur. Dictum est enim [ibid. c. 4 (p. 328; c. 4, 1166*a* 1-2)] quoniam ab [se] ipso omnia amicabilia et ad alios extendit... Maxime enim 'amicus' sibi ipsi et amandum itaque maxime se ipsum». 269-272 AUGUST., *De civ. Dei* XIV c. 28 (CCL 48, 451; PL 41, 436): «Fecerunt itaque civitates duas amores duo: terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei, caelestem vero amor Dei usque ad contemptum sui».

Primo sic, nam primum 'concupiscere' inordinatum non processit ex affectione iustitiae, sicut nec aliquod peccatum processit; ergo ex affectione commodi, quia 'omnis actus voluntatis, elicitus, aut elicitur secundum affectionem iustitiae aut commodi', secundum A n s e l m u m . Maximum commodum maxime appetitur a voluntate non sequente regulam iustitiae, et ita primo[57], quia nihil aliud regulat illam voluntatem non rectam nisi appetitus inordinatus et immoderatus illius maximi boni commodi; maximum autem commodum est beatitudo perfecta; ergo etc. – Et haec ratio habetur ab A n s e l m o *De casu diaboli* cap. 4 (quaere ibi).

Secundo probatur hoc, quia primum peccatum in 'concu- 41
piscendo' fuit aliquod velle; nihil enim refugit a se – hoc est ne sibi aliquid contingat – nisi quia eius oppositum concupiscit sibi. Aut ergo illud concupivit amore honesti, aut amore utilis, aut amore delectabilis (quia non est nisi iste triplex amor quo aliquid amatur): non

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

284 Primo *om.* S | nam *om.* Q | primum] primo A | concupiscibile AZ[1] | inordinate O 285-286 iustitiae — affectione *om.* V 285 processit] *add.* ex illa affectione (i. a.] a. i. Q) N[2]YOQ | ergo] *add.* processit N[2]YOQ 286-287 quia — commodi] *post* Anselmum (287-288) Q *om.* APSZBN[2] 286 quia] *om.* O* *add.* secundum ipsum Q | voluntatis] *add.* est V 286-287 elicitur] eliciatur O* 287 secundum[2]] *add.* autem APSZBN 287-288 Anselmum] Augustinum O 288 Maximum] *in corr.* O[2] *praem.* Igitur V *add.* igitur YOQ 289 ita] per consequens Q | quia] quod O | nihil *om.* V 289-290 illam voluntatem] v. i. VQ 290 non rectam] vel retardat V | appetitus inordinatus] i. a. O 290-291 inordinatus et immoderatus] im. et in. Y im. Z | et — commodi] illius maximi (*add.* boni commodi et immoderatus O[2]) O 291 illius *rescr.* V[1] | maximi] maxime S | boni commodi] b. sui c. Q c. vel b. V 292 ergo etc. = VN ergo (*add.* etc. B[2]) *rell.* (*om.* YO) | Et *om.* AB | haec] *add.* est O* | habetur ab] breviter (!) V 293 ibi] pro textu Y in textu O *om.* S 294 hoc] *post* quia P*N* *add.* ratione V | quia] quod O | peccatum *om.* S 295 nihil enim] quia n. Q | refugit] *add.* aliquid N[2]Q 295-296 hoc — contingat *om.* Q | sibi aliquid] a. s. YO 296 contingat] coniungatur AP[2]SVZBN | eius oppositum] contrarium est ei quod Y aliquod conveniens O | concupiscit] concupivit N | sibi *om.* A | Aut *om.* Y 297 illud *om.* O | concupivit] *ante* illud Q concupiscit AO | honesti] o[ci] O | honesti — amore[2] *om.* B[2] | amore[1] ... amore[2] *om.* YQ 298 iste] ille SO *om.* A | quo — amatur *om.* YO | amatur] amat Z | non[1]] aut (!) Q

F 287-288 ANSELMUS, *De casu diaboli* c. 4 (ed. SCHMITT I 241; PL 158, 332-333): «Nihil volumus nisi quod iustum aut commodum putamus». 292 Ibid.: «Nihil autem velle poterat nisi iustitiam aut commodum. Ex commodis enim constat beatitudo, quam vult omnis rationalis natura... Peccavit ergo volendo aliquod commodum, quod nec habebat nec tunc velle debuit, quod tamen ad augmentum illi beatitudinis esse poterat... Cernis, ut puto, quia plus aliquid quam acceperat inordinate volendo, voluntatem suam extra iustitiam extendit».

T [57] supple: appetitur.

amore honesti, quia tunc non peccasset; nec amore utilis, quia ille non est primus amor (ex quo enim 'utile' respectu alicuius est utile, nullus primo concupiscit utile, sed illud ad quod est 'utile'). Primo ergo peccavit amando aliquid excessive tamquam summum delectabile; delectabile autem summum est bonum honestum et ipsa beatitudo unde talis; ergo etc. – Et ista ratio potest accipi a Philosopho VIII *Ethicorum*, ex illa communi distinctione boni: utilis, delectabilis et honesti[58].

42 Tertio persuadetur hoc sic, quia omnis potentia appetitiva, consequens in actu suo actum potentiae apprehensivae, appetit primo delectabile convenientissimum suae cognitivae, – vel delectationem in appetibili, quia in tali appetibili maxime quietatur; quod patet de appetitu consequente apprehensionem gustus vel auditus vel tactus, – quia quilibet talis appetit obiectum perfectissimum potentiae apprehensivae, cuius actum consequitur in appetendo. Ergo voluntas separata ab omni appetitu sensitivo, primo omnino appetit illud quod est convenientissimum intellectui, cuius convenientiam sequi-

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

300 est] potest esse PN | enim] quia *ante* ex Q | utile] velle A | respectu — est$^{2}$] e. ad aliquid (aliquod O) YOQ 301 nullus — utile$^{2}$ *om.* O* | primo] plus *post* concupiscit Q | sed] quam Q 301-302 Primo ergo] Ergo pr. NYOQ | amando *om.* S | excessive] extensive V | tamquam summum] t. bonum s. B t. Q *om.* O | summum *post* delectabile (302-303) Y 302-303 delectabile *om.* V 303 delectabile autem summum] s. (summe A) autem (a. *om.* OQ) d. AOQ | bonum] *om.* OQ d. AOQ. | honestum] *add.* in quantum honestum YOQ | et ipsa] vel YO′ ut O$^{2}$ 304 unde — Et] u. talis O′ *om.* O$^{2}$ ergo Q *spat. vac.* Y | ista] illa SO 305 VIII] VI P | ex] et ex YO de S et de V | communi distinctione = ASO d. P$^{2}$VZBγ d. c. P′ *rell.* μυ | boni *om.* YO 305-306 utilis — honesti] u., h., delectabilis YO in utile, delectabile et honestum Q 307 persuadetur hoc] h. p. AYO | sic *om.* YOQ | quia *om.* SV 308-309 in — cognitivae *om.* O* 308 actum potentiae] *rep.* V a. YOQ | appetit primo] p. a. YO$^{2}$Q 309 suae cognitivae] sui c. B sive cognitionem V | delectationi S 310 appetibili$^{1}$] appetitu S tali delectabili YO *praem.* tali V | appetibili$^{1}$ — in *om.* Q | quia] et S 311 apprehensionem *om.* Q* 312 quia] quod O | quilibet] quaecumque ZB | talis] *add.* maxime OQ | perfectissimum] convenientissimum Q 312-313 apprehensivae] appetitivae S cognitivae Q 313 sequitur VY 314 primo] prout B 315 intellectu S

F 304 ARISTOT., *Eth. Nic.* VIII c. 2 (AL XXVI$^{3}$ 300; Θ c. 2, 1155*b* 18-21): «Videtur enim non omne amari, sed amabile; hoc autem esse bonum vel delectabile vel utile. Videbitur autem utique 'utile' esse, per quod sit bonum aliquod vel delectatio; quare amabilia utique erunt et bonum et delectabile, ut fines».

T [58] Cf. THOMAS, *Sententia libri Ethicorum* VIII c. 2 (XLVII$^{2}$ 446*a*): «Sicut videtur visibile, ita amatur amabile, – quod quidem est vel per se bonum (scilicet honestum), vel delectabile, vel utile».

tur illud 'appetere', – vel primo appetit delectationem in tali obiecto, et per consequens beatitudinem, includentem obiectum et actum et delectationem consequentem.

Quarto persuadetur hoc sic: illud primo appetitur a voluntate non 43
regulata per iustitiam, quod – si esset solum – solum appeteretur, et nihil aliud sine eo. Tale est delectatio; non enim excellentia nec quodcumque aliud – si esset 'triste' – appeteretur, sed delectatio vel aliquid tale appeteretur[59].

[6] Quantum igitur ad istum secundum gradum[60], scilicet quantum ad 44
peccatum angeli, videtur quod primo concupierunt beatitudinem:

Quia sicut primum peccatum appetitus visivi esset in appetendo pulcherrimum visibile suae cognitivae (et in quo perfectissime delectaretur, et[61] quietaretur), ita voluntatis coniunctae appetitui sensitivo – quando ipsa non sequitur iustitiam nec regulam rationis – videtur primum appetibile esse aliquid summe delectabile illi appetitui sensitivo cui voluntas maxime conformatur in agendo. Et ideo in hominibus, secundum diversitatem complexionum[62], est dominium appeti-

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

316 illud *om.* O 316-317 vel — obiecto *om.* Z 316 delectationem] dilectionem S declarationem O 317 includentem] includendo in beatitudine O | obiectum et] o. S omnem V *praem.* tale Q 318 delectationem] electionem S | sequentem O 319 persuadetur hoc] h. (*add.* idem Y) p. AYO | sic *om.* YO | illud] *add.* enim AYO | a voluntate] v. Z ab (*et sequitur signum paragraphi*) V 319-320 non regulata] n. recta nec reg. A n. recta Q 320 solum solum = P´ZBN´ solum P²N² *rell. edd.* 321 Tale] Et t. Y 321-322 delectatio ... delectatio] declaratio ... declaratio O 321 non] nec YO | nec] vel Q 322 triste] frustra (?) Z² 322-323 sed — appeteretur *om.* Z 324 istum] illum SO *om.* V | quantum²] primum vel praevium A 325 videtur quod] q. v. A | concupierunt] concupivit *in corr.* P²YO² concupiverit Q 326 Quia] *comp.* Y | primum] *post* peccatum V *om.* (*sed reliquit spat. vac. post* peccatum) Y | visivi] visi P* visui Z correspondentis visui Y | appetendo] appetente Y 327 visibile] visivae A* *add.* convenientissimum N²Q | suae] sibi Q | suae cognitivae *om.* V | et] *om.* A *add.* sibi YOQ | perfecte V 327-328 delectaretur] declaretur O 328 et] vel Y | et quietaretur *om.* Q | ita — coniunctae] ista voluntas coniuncta A 329-331 quando — sensitivo *om.* APSZBN² 329 ipsa] voluntas V 330 esse] eius Y 330-331 sensitivo = O curvo γ 331 voluntas maxime] m. v. AO | conformatur] confortatur S | in agendo *ante* maxime Q 331-332 hominibus] omnibus SV 332 est] et ASY 332-334 est — complexionum *om.* O 332 dominium] *add.* et diversitas V

T [59] aliis verbis: sive enim appetatur excellentia sive quodlibet aliud, non appeteretur nisi sub ratione delectabilis. [60] nempe quantum ad inordinatum 'velle' concupiscentiae. Primus gradus in peccato angeli est inordinatum 'velle' amicitiae (cf. supra n. 35-36). [61] scil. 'etiam'. [62] Cf. Avicenna, *Canon medicinae* I fen 1 doctr. 3 c. 1 (I 11*b*): «Complexio est quali-

tuum sensitivorum: si quidem quaelibet cognitiva habet appetitum proprium et secundum diversitatem complexionum est diversitas[63] dominii in cognitivis diversis et in earum appetitivis, in quolibet – inquam – voluntas, secundum praedominium appetitus sensitivi, maxime inclinatur ad actum eius; et ideo quidam, sequentes inclinationem primam sine regula iustitiae, primo inclinantur ad luxuriam, quidam primo ad superbiam et quidam aliter.

45 Voluntas igitur separata ab omni appetitu sensitivo, et per consequens ad nihil inclinata propter inclinationem appetitus sensitivi, ipsa – deserta a iustitia – sequitur inclinationem absolutam voluntatis unde voluntas; et illa[64] videtur esse ad maximum conveniens voluntati sive potentiae appetitivae, quod[65] etiam est maxima perfectio intellectus sive potentiae cognitivae[66], – nam in quo maxime perficitur cognitiva, in illo maxime perficitur appetitiva correspondens illi

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

333 sensitivorum *om.* N$^{2}$ | si] *praem.* et Q | quaelibet *om.* Y | habeat Q 333-334 appetitum proprium] p. a. ASQ 334 et] tunc Q | secundum — diversitas = Q *edd.* est d. O d. complexionum est secundum (e. s.] *spat. vac.* Y) diversitatem *rell.* | est] erit Q 334-335 dominii *om.* Y 335 diversis *om.* Q | in$^{2}$ *om.* Q | eorum ASYO 335-336 quolibet inquam] quantum Q 336 praedominium] pr. vel praevie dominium A dominium V 337-339 quidam ... quidam *in corr.* O$^{1}$ 338 inclinantur] *rep. post* superbiam (339) A inclinatur Q 338-339 luxuriam ... superbiam] s. ... l. Y 339 primo *om.* VY | et — aliter *om.* YOQ 340-341 consequens] *add.* quae Y 341 inclinata] inclinatur YQ 342 a *om.* A | a iustitia] amicitia (!) Q | sequitur] sequetur O sed S | inclinationem absolutam] a. i. AYOQ 343 voluntas] voluntatis S *add.* est Q | illa] ita A | ad] aliquid S | inconveniens AP* 344 sive *rep.* Y 344-345 appetitivae — potentiae *om. codd. edd.* 345 cognitivae] *add.* haec autem est beatitudo Q 345-348 ¶ *text.* nam — voluntatis, *litteris italicis impressus, sign.* Additio; non habetur in antiquioribus υ 345-346 maxime perficitur ... maxime perficitur] p. m. ... p. m. Y 346 in] et in V | illo] eodem Y 346-347 illi cognitivae] illius c. Z sibi Q

tas, quae ex actione ad invicem et passione contrariarum qualitatum in elementis inventarum... provenit: quum enim ad invicem agunt et patiuntur suis virtutibus [scil. caliditate, frigiditate, humiditate, siccitate], accidit – in earum summa – qualitas in toto earum similis, quae est complexio».

T [63] Loco «secundum diversitatem complexionum est diversitas» fere omnes codices habent «diversitas complexionum est secundum diversitatem»; est lectio falsa, contradicens verbis immediate praecedentibus: «Et ideo... sensitivorum» (lin. 331-333). [64] subintellige: inclinatio. [65] scil. 'maximum conveniens voluntati'. [66] Verba «appetitivae... potentiae» (lin. 344-345), quae codices ob homoioteleuton omittunt, restituimus iuxta ea quae dicuntur in propositione sequente («nam in quo... illi cognitivae») et iuxta textum parallelum *Lecturae* (cf. DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 6 n. 31 [XVIII 380]), ubi dicitur quod voluntas ut voluntas inclinatur ad «maximum delectabile, quod etiam est maximum intelligibile», seu quod est maxima perfectio intellectus.

cognitivae. Fuit igitur immoderata[67] concupiscentia beatitudinis, quia beatitudo est obiectum voluntatis[68].

46

[7] [Rationes contrariae] – Et si arguatur contra istud[69]:

Primo, quia secundum Augustinum – XIII *Trinitatis* cap. 5 – 'beatitudo ab omnibus appetitur'; quod autem est in omnibus uniformiter, videtur esse naturale; igitur beatitudo naturaliter appetitur. Appetitus autem naturalis semper est rectus, quia a Deo; ergo et voluntas ei consona semper est recta, quia quod est consonum recto, est rectum; ergo in appetendo beatitudinem nullus peccat.

Praeterea, nullus intellectus errat circa principia (II *Metaphysicae*)[70], – ergo nec voluntas circa ultimum finem. Consequentia probatur per illam similitudinem Philosophi ex VII *Ethicorum* et II *Physicorum*: 'Sicut principium in speculabilibus, sic finis in operabilibus'[71]. 47

---

APSVZBNYOQ(γμυ)
347-348 Fuit — voluntatis = PVZBμυ 347 immoderata = μυ immediata *codd.* 347-348 quia — voluntatis *om.* B 348 voluntatis = υ beatitudinis PVZN´μ intellectus et voluntatis N$^2$ 349 Et *om.* Q Et si arguatur *om.* A | arguatur] arguitur SZBN arguas YQ | contra istud *om.* Q | istud] illud Y 350 Primo *om.* O | quia] quod Z ⌜...⌝ O$^*$ | Trinitatis] De Trinitate SVQ *om.* Y | cap. *om.* ZYO | 5] 7 O 351 omnibus] hominibus Y | quod — omnibus *om.* S 351-352 quod — appetitur *om.* O$^*$ 351 est *post* omnibus YO$^2$ 351-352 uniformiter] universaliter Q verisimiliter O$^2$ 352 appetitur] appeteretur Q 353 semper est] e. s. S | rectus] res (!) S 354 ei] sibi YOQ | ei consona] eius sola A | est$^1$] erit PZBN 354-355 quia — rectum *om.* YOQ 354 consonum] *add.* in A 355 nullus] non V nec B 356 Praeterea] *comp.* Q Item A | intellectus = VN$^2$YO *edd.* | errat] peccat N$^*$ 357 nec *om.* S 358 VII] II Q 359 Physicorum] Posteriorum Q | Sicut] *add.* est V *add. in ras.* se habet Q$^1$ | principia PN | sic] ita AYOQ 359-360 sic — operabilibus *om.* B$^*$ | operabilibus] agibilibus Y *add.* et agibilibus Q

F 350 AUGUST., *De Trin.* XIII c. 5 n. 8 (CCL 50A, 392; PL 42, 1020): «Quapropter, quoniam verum est quod omnes homines esse beati velint, idque unum ardentissimo amore appetant, et propter hoc cetera quaecumque appetunt..., sequitur ut omnes beatam vitam sciant». 356-357 ARISTOT., *Metaph.* II c. 1 [t. 1] (AL XXV$^2$ 36; α c. 1, 993*b* 4-5): «Quare sic videtur [se] habere [principium] ut dicimus: 'In foribus quis delinquit?'»; (translatio arabico-latina): «Et est modus secundum quem habemus in consuetudine inducere in proverbio, dicendo quod nullus ignorat locum ianuae in domo». 358-360 ARISTOT., *Eth. Nic.* VII c. 12 (AL XXVI$^3$ 287; H c. 9, 1151*a* 16-17): «In actionibus autem 'quod cuius gratiā', [est] principium, quemadmodum in

T [67] Loco «immoderata» codices erronee habent «immediata». [68] Loco «voluntatis» codices erronee habent «beatitudinis». [69] Arguitur (n. 46-48) quod appetere vel concupiscere commodum vel beatitudinem nulla est immoderatio vel deordinatio, ac sic nec aliquod peccatum (contra dicta supra n. 40-45). [70] Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* I d. 42 n. 21 (VI 348). [71] Cf. ibid. d. 1 n. 83 (II 62-63); *Lectura* I d. 1 n. 90 (XVI 91); THOMAS, *Sententia libri Ethicorum* VII c. 8 (XLVII$^2$ 415*a*); *Physica* II lect. 15 n. 5 (II 99*a*).

48 Praeterea, tertio: boni habuerunt affectionem commodi sicut mali; sed secundum Anselmum *De concordia*, voluntas 'commoda non velle nequit'; igitur ita volunt boni commodum sicut mali. Ergo omnes aequaliter peccaverunt, si ex affectione commodi peccaverunt; ergo etc.

49 [Solutio istarum rationum] – Ad videndum[f] solutionem istarum rationum[72], distinguo quid possit intelligi per istas affectiones 'iustitiae' et 'commodi', de quibus loquitur Anselmus *De casu diaboli* cap. 4[73]. [8]

Iustitia potest intelligi vel infusa (quae dicitur 'gratuita'), vel acquisita (quae dicitur 'moralis'), vel innata (quae est ipsamet libertas voluntatis). Si enim intelligeretur – secundum illam fictionem Anselmi *De casu diaboli* – quod esset angelus 'habens affectionem commodi et non iustitiae' (hoc est, habens appetitum intellectivum mere ut appetitum talem et non ut liberum), talis angelus non posset

---

[f] *Loco* Ad videndum *a Duns Scoto ponitur*: Ad primum[8*]. Ad videndum.

APSVZBNYOQ(γμυ)

361 Praeterea] Item A | tertio *om.* YQ | boni] *post* habuerunt Y *rep. ante* tertio N⁺ | sicut] *add.* et A 362 sed *om.* P'VNYOQ² | concordia *in spatio relicto vacuo* Q² | commoda] autem commodi V 363 velle nequit] esse (velle Q²) n. velle (v. *om.* Q²) Q | voluerunt A | boni — mali = PSN commodum b. sicut m. ZB *edd.* commodum m. sicut b. *rell.* 364 si] sed A | ex] ex mali O′ mali ex O² *om.* P'N | affectione] perfectione S 365 ergo etc. *om.* VYO | etc. *om.* SQ 366 *et* 15*: Ad videndum (366) = Qμυ Ad — videndum (15*) *rell.* γ 366 videndum] *add.* autem PSVZBN | istarum] *post* rationum (366-367) Q illarum SO 367 posset V | istas] illas SVO 367-368 iustitiae et commodi] c. et i. Y 368 quibus] quo SV 369 cap. 4] *post* diaboli (373) A *om.* SVYOQ 370 Iustitia] Illius scientia V 371 ipsamet] ipsa VYOQ 372 illam fictionem] f. i. Q 373 diaboli] *sequitur spat. vac. in* Y | quod esset] q. Y quare O quaere Q | angelus] *add.* enim Q 374 hoc] id Q | appetitum] *ante* habens PN *post* intellectivum Q 374-375 intellectivum mere] m. i. V 375 mere ut appetitum *om.* Q | appetitum *in corr.* P¹ | talis] *praem.* et A

15* primum] *add.* illorum S

mathematicis suppositiones»; *Physica* II t. 89 (B c. 9, 200*a* 15-16): «Est autem 'necessarium' – et in doctrinis et in his quae secundum naturam fiunt – quodammodo similiter».

F *362* ANSELMUS, *De concordia* q. 3 c. 13 [alias 23] (ed. SCHMITT II 286; PL 158, 539): «Quoniam ergo deseruit [homo] iustitiam, perdidit beatitudinem; et voluntas, quam bonam et ad bonum suum accepit, fervens desiderio commodorum, quae non velle nequit, ... ad falsa... commoda... se convertit». *372-374* ANSELMUS, *De casu diaboli* c. 13 (ed. SCHMITT I 255-258; PL 158, 344-346); c. 19 (p. 264; col. 350-351).

T [72] Cf. supra n. 46-48. [73] Cf. supra n. 40.

[8*] Verba «Ad primum» sunt residuum ex *Rep.* II A d. 6 q. 2. Duns Scotus ad rationes n. 46-48 respondet infra n. 55-62, post aliquas dilucidationes praeambulas (n. 49-54).

non velle commoda, nec etiam non summe velle talia; nec imputaretur sibi ad peccatum, quia ille appetitus se haberet ad suam cognitivam sicut modo appetitus visivus ad visum, in necessario consequendo[74] ostensionem illius cognitivae et inclinationem ad optimum ostensum a tali potentia, quia non haberet unde se refrenaret. Illa igitur affectio iustitiae, quae est 'prima moderatrix affectionis commodi' et quantum ad hoc quod non oportet voluntatem actu appetere illud ad quod inclinat affectio commodi et quantum ad hoc quod non oportet eam summe appetere (quantum scilicet ad illud ad quod inclinat affectio commodi), illa – inquam – 'affectio iustitiae' est libertas innata voluntati, quia ipsa est prima moderatrix affectionis talis.

Et licet Anselmus frequenter loquatur non tantum de actu 50
iustitiae quae est acquisita, sed infusa (quia illam dicit amitti per

APSVZBNYOQ(γμυ)

376 non$^{1}$ — commoda] velle incommoda V | nec etiam] et Y *praem.* et Z *praem.* ergo O | non] *post* summe P$^{2}$B *om.* P´ZN$^{*}$ | nec$^{2}$] *add.* etiam A 377 se *in ras.* B$^{1}$ 378 modo] non S´ nunc S$^{2}$ *add.* se habet V | visivus] unius (!) A | in *om.* S 379 ostensionem] visionem V | inclinationem *in corr.* O$^{1}$ | optimum] oppositum O´ obiectum O$^{2}$ *add.* obiectum V 380 refrenaret] *comp.* O 381 Illa igitur] Ig. il. PN$^{*}$ | moderatrix] mediatrix Y 382 et] erit VY *om.* N$^{2}$Q | ad hoc *om.* [illegible] 382-384 voluntatem — oportet *om.* SZ | actu — eam *om.* Q 382 actu] *post* appetere (382-383) V *om.* P$^{*}$N$^{*}$ 383 affectio commodi *om.* V 383-385 et — commodi *om.* Y 384 eam] aeque O | quantum — ad$^{1}$ *om.* OQ | scilicet *rep. ante* quod V$^{+}$ 384-385 ad quod] *om.* AS *add.* illud Z 385 illa] ita Z 386 libertas innata] i. l. Y | prima moderatrix] m. ZB primo mediatrix Y 386-387 affectionis *om.* O$^{*}$(*post* talis, 387)Q 388 licet *in corr.* Z$^{1}$ | Anselmus *om.* PN$^{*}$(*post* frequenter) | loquatur] loquitur (*et rep. post* tantum Y$^{+}$) B$^{+}$Y | tantum] tamen Y 389 est — sed] acquisita e., s. etiam PN | acquisita sed infusa] i. s. a. (*add.* tamen ibi videtur loqui de infusa VYO$^{2}$) VYOQ | dicit amitti] a. d. AYO

F *388-389* De 'iustitia' simpliciter, non scilicet explicite significando acquisitam vel infusam, loquitur Anselmus, *De veritate* c. 12 (ed. Schmitt I 191-196; PL 158, 480-484); *De conceptu virg.* c. 27 (II 170; col. 461); *De concordia* q. 3 c. 2 [alias 12] (II 265-266; col. 522-523; c. 14 (p. 287; col. 540). 389 Anselmus, *De casu diaboli* c. 16 [c.15] (I 259-260; col. 347): «M. Postquam autem accepit [iustitiam], non dubitas debere [voluntatem velle et non velle secundum iustitiam], nisi aliquā violentiā amittat? – *D.* Semper eam huic debito alligatam puto, sive teneat quod accepit sive sponte deserat... Sed et hoc satis iustum est, ut quod semel accepit iustitiam, semper eam debeat, nisi violenter amiserit... Nam sicut iam dixi, 'debere' decorat, 'non-habere' vero deturpat...; immo non ob aliud illam voluntatem deturpat ex propria culpa 'non-habere', quam quia illam decorat ex bonitate dantis 'debere habere'»; c. 17 (I 262; p. 349): «Tunc enim condicione naturae non poterat [iustitiam] habere, nunc vero merito quoque culpae non debet habere»; c. 18 (p. 263; col. 350).

T [74] scil. 'necessarie' adverbialiter.

peccatum mortale, quod non est verum nisi de iustitia infusa)[75], tamen distinguendo ex natura rei duas rationes primas istarum rationum[76], in quantum altera[77] inclinat voluntatem summe ad commodum, altera[78] autem quasi moderatur eam ne in eliciendo actum oporteat sequi inclinationem eius[79], – nihil aliud sunt ista[80] quam eadem voluntas in quantum est appetitus intellectivus et in quantum libera[81]; quia, sicut dictum est[82], in quantum est appetitus[83] mere intellectivus, summe inclinaretur actualiter ad optimum intelligibile (sicut est de optimo visibili et visu), in quantum tamen liber est, potest se refrenare in eliciendo actum, ne sequatur illam inclinationem – nec quantum ad substantiam actus nec quantum ad intensionem – ad quam potentia naturaliter inclinatur.

51 Potentia autem aliqua, si fuisset appetitiva praecise[84], sequens in actu suo inclinationem eius sicut appetitus visivus sequitur inclinationem visus et visum, licet – inquam – illa non posset appetere nisi intelligibile (sicut nec appetitus visivus potest appetere nisi visibile), tamen non posset tunc peccare, quia non esset in potestate eius aliud nec aliter appetere quam cognitiva ostenderet et inclinaret. Ipsa ea- [9]

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

390 mortale] *add.* quaere Y *add.* quaeris O* | est] esset Y   391 distinguendo — rei] distinguo Q | primas] *add.* et PZ | istarum] *post* rationum (391-392) VQ illarum SO   392 alteri S | voluntatem summe ad = AS et s. v. ad Q v. (v. *om.* YO) naturaliter et (et *om.* O) s. ad VYO *edd.* v. ad s. *rell.*   393 quasi moderatur] m. q. Q | eam *rep. post* oporteat (393-394) Q | ne *om.* O*Q | in *om.* PN   394 ista] illa SVO   395 appetitus] affectus P* | intellectivus] *add.* nude Q *add.* unde (!) O | et] *add.* ultra hoc YOQ   396 in quantum est *om.* Q | mere] *ante* appetitus AYO *post* intellectivus (396-397) Q *rep.* V *rep. ante* appetitus S   396-397 intellectivus] *comp.* Y   397 summe *om.* S | actualiter] naturaliter S *om.* OQ   398 visu] usu O* | tamen *ante* in AYOQ | liber] *post* est Q *in corr.* O² | liber est] libere (!) Y   399 illam = SZBO istam (*post* inclinationem Q) *rell. edd.* | nec] *add.* in P+   400 substantiam] inclinationem N² | nec] *add.* in Q | intensionem] intentionem Q electionem V′ inclinationem V¹   401 quam *om.* N² | naturalis A   402 fuisset] esset A   403 eius] apprehensivae O *om.* Y | visivus] visus Y   403-404 inclinationem — visum] v. et eius i. Q v. YO   404 et visum *om.* V | inquam] in quantum (*post* illa N′) AN′ tunc *ante* licet Q *om.* N²YO   405 visivus] visus A | potest appetere *om.* Q   406 tamen non] n. t. O | eius] sua Q   407 cognitiva ostenderet] o. c. Y | Ipsa *om.* B

T [75] De hoc cf. etiam DUNS SCOTUS, *Lectura* II d. 4-5 n. 31 (XVIII 365). [76] scil. quattuor rationum seu proprietatum per ordinem, quae sunt: affectio commodi et iustitiae, et appetitus intellectivus et liber (iuxta dicta n. 49). – Haec omnia etiam infra (n. 51) «rationes perfectionales» appellantur. [77] scil. affectio commodi. [78] scil. affectio iustitiae. [79] scil. affectionis commodi. [80] scil. affectio commodi et iustitiae. [81] De his satis diffuse cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* II A d. 6 q. 2. [82] scil. supra n. 49. [83] id est: 'in quantum appetitus est' etc. [84] scil. absque libertate.

dem, facta iam libera (quia nihil aliud est nisi quod una res includit virtualiter plures rationes perfectionales, quas[85] non includeret si esset sine ratione libertatis), ipsa – inquam – per libertatem suam potest se moderari in volendo, et quantum ad hoc quod est 'velle' ad quod inclinat affectio commodi, et[86] licet inclinet summe ad velle commodum; et ex quo potest moderari, tenetur moderari secundum regulam iustitiae, quae accipitur ex voluntate superiore. Secundum hoc ergo patet quod voluntas libera non tenetur omni modo velle beatitudinem (quae voluntas, si esset tantum appetitus intellectivus, sine libertate, – vellet eam), sed tenetur – in eliciendo actum – moderari appetitum unde appetitus intellectivus, quod est 'moderari affectionem commodi', ne scilicet immoderate velit.

52 Potest autem voluntas – potens se ipsam moderari – immoderate velle beatitudinem quae sibi congruit, tripliciter: vel quantum ad intensionem, puta volendo eam maiore conatu quam sibi congruat; vel quantum ad accelerationem, puta volendo eam sibi citius quam sibi congruat; vel quantum ad causam, puta volendo eam sibi aliter quam sibi congruat, puta sine meritis; – vel forte modis aliis, de quibus omnibus non oportet hic curare.

53 Aliquo igitur istorum modorum probabile est quod excesserit vo-

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

409 virtualiter *om.* $YO^{*}Q$ | rationes perfectionales] r. perfectibiles Y perfectiones Q | quas] quam *codd. edd.* | non *om.* VYOQ | includeret *in corr.* $O^{2}$  410 inquam] in quantum $N^{+}$ enim ZBYOQ | libertatem suam] l. O l. sine ratione libertatis V rationem libertatis Y  410-411 potest se] se p. V  411 moderare ZBNY | quod est *om.* V | velle] v. vel non velle P'N non v. (*add.* illud Q) $P^{2}VZQ$  412 commodi *om.* Q | licet inclinet] quantum ad hoc quod est non Q | ad] *ante* summe O *in ras.* $P^{1}$ *om.* Q | velle] volendum A  413 commodum] illud Q *om.* $O^{2}$ | et *om.* VO | quo] *add.* se V *add.* non Z | moderari[1]] *ante* potest PS moderare (*ante* potest VN) VZN | moderari[2]] moderare (*praem.* se V) VZBN *om.* YOQ  414 ex] a ZB | Secundum] Ex Y  415 hoc ergo] e. h. A | omni modo] omnino Y  416 beatitudinem] habitudinem Z | quae] quo $O^{*}Q$ | intellectivus] *comp.* $B^{+}$  417-418 sine — est] non posset $AP^{2}SZBN^{2}$  418 appetitus] *praem.* est $N^{2}OQ$ *add.* est VY | quod *in corr.* $O^{2}$ | moderare ZBN  419 velit] *add.* beatitudinem A  420 potens — immoderate] se moderate V | potens] *post* ipsam PSN *om.* Q | ipsam *om.* VO | moderari] *ante* se Q moderare BN  421 velle beatitudinem] b. v. B | quae] quam O | quae — congruit *om.* Y | congruit] congruat O *comp.* AN convenit P  421-422 intensionem] intentionem BQ  422 eam] eum Q | maiore conatu] maiorem Y amore m. O | congruit A  423 sibi[1] *om.* VY  423-424 sibi congruat] c. s. Q  424 causam] modum Q | eam] *post* sibi B esse S | sibi *om.* VYQ  425 sibi *om.* A | puta] *add.* si V *add.* appetendo Y | forte *om.* Q | aliis] *ante* modis AYOQ *om.* S  425-426 omnibus *om.* YO  426 curare] tractare V  427 istorum] illorum O | excesserit] excessit V accesserit O

T [85] Loco «quas» codices erronee habent «quam».  [86] «et... et» id est: sive... sive.

luntas eius: vel plus scilicet appetendo sibi beatitudinem 'in quantum est bonum sibi' quam amando illud bonum in se, plus scilicet appetendo illud bonum (ut 'obiectum beatificum') esse bonum suum 'tamquam sibi bonum' quam appetendo illud inesse alii (ut 'Deo suo'), – et in hoc est summa perversitas voluntatis, quae est 'uti fruendis et frui utendis' secundum A u g u s t i n u m *83 Quaestionum* quaestione 30; vel, secundo modo, potuit appetere habere statim eam, cum tamen Deus velit eum illam habere post morulam viae; vel, tertio modo, appetendo eam ex naturalibus haberi (non habendo eam gratiose), cum tamen Deus vellet eam haberi ex meritis.

54 Debuit igitur libera voluntas moderari affectionem quantum ad istas circumstantias, quas recta ratio habuit ostendere: quia et debuit beatitudo minus appeti sibi quam Deo, et debuit appeti pro tempore pro quo Deus voluit, et 'ex meritis' pro quibus Deus voluit debere appeti. Igitur si aliquo istorum modorum sequebatur affectionem commodi, non moderando eam per iustitiam (hoc est per infusam, si habuit, – vel acquisitam, – vel innatam sive naturalem, quae est ipsamet libertas), peccavit.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

428 eius *om.* YOQ | vel *om.* Y | scilicet] *ante* plus O *ante* vel Q 428-430 sibi — appetendo *om.* S 429 illud *om.* OQ | se] *add.* vel $N^2$Q | scilicet *om.* Q 430 illud bonum] *om.* YOQ *add.* in se quam $N^*$ | ut] vel VO *praem.* vel Y *om.* Q | beatificum] *add.* in communi VYO | esse] est $Z^1$ inesse sibi ut Q | suum *om.* N 431 tamquam sibi bonum *om.* OQ | appetendo illud] appetere i. Q i. appetere YO *add.* est $P^+$ *add.* sibi $N^+$ | inesse alii ut *om.* OQ | alii] illi ASVY | ut] vel V 432 est summa] esset YO | perversitas voluntatis] v. p. Q | quae] in qua A 433 fruendis] fruidis (!) Q | et frui utendis *om.* YO 434 quaestione *om.* Z | 30] 3 YOQ *om.* V | secundo] alio s. A | potest A | habere statim] s. h. OQ s. velle Y 435 tamen *om.* YO | velit] vellet (*post* eum Y) VYOQ | eum] eam A *om.* Z | illam] *post* habere A eam *post* habere YOQ istam V | post] *praem.* iam A *praem.* nisi V | viae] vitae $Z^+$ 436 modo *om.* Q | ex naturalibus haberi] naturaliter YOQ | non habendo] nolendo Q 437 eam$^1$ *om.* V | gratiose *rescr.* $P^2$ | tamen *om.* YO | Deus] *post* vellet V *om.* S | velit A | eam haberi] h. e. $Z^+$ *add.* nonnisi Q 438 libera voluntas] v. l. YOQ | moderare ZB 439 istas] illas V | quia et = YO q. VQ *edd.* quibus *rell.* 439-440 debuit beatitudo] b. d. YO 440 debuit appeti *om.* Q 440-441 tempore pro] t. ZBQ *om.* S 441 Deus voluit$^1$] v. D. B *om.* $O^*$ *add.* debere appeti sibi A | Deus$^2$ *om.* B | debere] *praem.* eam $N^2$YOQ *add.* eam $P^2$ 442 appeti] *praem.* sibi A *add.* sibi V | Igitur si] Si ig. V *add.* in A | istorum] illorum SVO | modorum] *add.* non A 443 hoc est] et hoc vel Q | est] vel $N^2$ | si] non Y 444 vel$^1$] *add.* per A$N^2$Q | vel$^2$] *add.* per $N^2$Q | sive naturalem *om.* YOQ 444-445 ipsa YO 445 peccavit] *in corr.* $O^2$ *om.* Y

F 433 AUGUST., *De diversis quaest. 83* q. 30 (CCL 44A, 38; PL 40, 19): «Omnis itaque humana perversio est, quod etiam vitium vocatur, fruendis uti velle atque utendis frui».

[10] Per hoc igitur ad argumenta. 55

Ad primum[87]. Voluntas naturalis non est de se immoderata, sed tantum inclinat per modum naturae, – et in hoc non est immoderatio, quia inclinat sicut accepit inclinari, nec est in potestate sua aliud[88]; in potestate autem voluntatis ut libera est actu elicito, est tantum inclinari, vel minus.

Quando ergo accipit quod 'voluntas naturalis est respectu beati- 56
tudinis'[89], concedo, – sed non actualiter immoderata actu elicito: non enim est 'inclinatio appetitus naturalis' aliquis actus elicitus, sed est sicut perfectio prima, – et haec non est immoderata, sicut nec natura cuius est. Tamen ita inclinatur affectione commodi in obiectum suum, quod – si ex se haberet actum elicitum – non posset illum moderari quin eliceretur summe, quantum posset elici; sed voluntas ut habens solam affectionem commodi, naturalem, non est causa alicuius actus eliciti, sed tantum ut libera, et ideo 'ut eliciens actum' habet unde moderetur passionem.

Quando ergo accipitur quod 'voluntas, consona voluntati natura- 57

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

446 igitur *om.* AYOQ 447 immoderata] immota vel innata A moderata O 448-449 per — inclinat *om.* Q | immoderatio] moderatio $O^*$ immoderatus Y 449 accipit V 450 autem] sed *ante* in (449) Q | actu elicito] in a. eliciendo A in eliciendo actum Q | $est^2$] in Y *om.* $O^*$ 451 tantum *om.*V | minus] *add.* vel magis V 452 accipit] accipitur A accipis SVO accipitis Q | naturalis] *add.* non Y 452-453 beatitudinis] *add.* eius V 453 concedo *om.* Q | sed] quia S | immoderata] inclinata *in ras.* $P^2$ moderata V | eliciendo A 454 $est^1$ = AO *ante* enim SV *edd.* *post* naturalis *rell.* | appetitus *om.* Q | sed *in ras.* $P^1$ 454-455 $est^2$ — prima *om.* $O^2$ | $est^2$ — non] nec sic talis inclinatio Q 455 prima] *om.* Y *add.* (= *adnot.*) scilicet quaedam inclinatio naturalis ad aliquid $P^2$ | est *om.* $V^{\pm}$ | immoderata] ita moderata (!) O | nec *om.* O 456 Tamen] Cum V | ita] sic Q *om.* A | affectione] confectio (!) Q 457 quod] quia S | elicitum] suum $V^+$ | illum] *rep.* *post* eliceretur (458) Q illud B 457-458 moderare ZNYO 458 quin] *add.* ex sua ratione V | eliceretur] *post* summe PN eliceret (*add.* illum Q) VOQ | summe *om.* $V^{\pm}$ | elici] elicere Q | ut *om.* Y 459 habens = $P^2VN^2OQ$ *edd.* humana secundum P′N′ *rell.* | naturalem] *ante* commodi Y naturali (!) S *om.* OQ 460 actus *om.* O | $ut^1$ *om.* Y 461 habet] hunc N′ *pon.* habet $N^2$ | unde moderetur = AOQ *edd.* bene moderatam Y u. moderet *rell.* 462 quod *rep.* $O^+$ | consona voluntati] a sola voluntate $O^*$

T [87] Cf. supra n. 46. [88] Respondetur potius ad quamdam obiectionem in primo argumento supra (n. 46) non positam, quam una cum responsione – in eodem primo argumento parallelo – sic enuntiat Duns Scotus, *Rep.* II A d. 6 q. 2: «Sed si dicatur quod immoderate appetebant beatitudinem, – arguitur contra, quia naturalia maxime inclinant ad id quod appetitur appetitu naturali; ergo non immoderate, quia appetitus naturalis rectus est, – et est vehementissimus, quia secundum ultimum potentiae». [89] Cf. supra n. 46 («igitur beatitudo naturaliter appetitur»).

li, semper est recta (quia et illa semper est recta)'[90], respondeo et dico quod consonat sibi in eliciendo actum, sicut illa eliceret si ex se sola ageret; non est tamen recta, quia habet aliam regulam in agendo quam illa[91] haberet si ex se sola ageret: tenetur enim sequi voluntatem superiorem, ex quo – in moderando illam inclinationem naturalem – in potestate eius est moderari vel non moderari, quia in potestate eius est non summe agere in quod potest.

58 Ad secundum[92] dico per idem quod non est in potestate intellec- [11]
tus moderari assensum suum veris quae apprehendit, nam quantum ostenditur veritas principiorum ex terminis vel conclusionum ex principiis, tantum oportet assentire, propter carentiam libertatis. Sed voluntas potest – in se et in potentiis inferioribus – moderari ne illa inclinatio omnino dominetur in eliciendo actum, vel saltem ne actus eliciatur: potest enim avertere intellectum ne speculetur talia speculabilia circa quae inclinaretur, et tenetur avertere si speculatio eorum sit peccatum materialiter intellectui vel formaliter voluntati; sic – ex alia parte – voluntas, respectu finis ultimi, tenetur moderari inclinationem sui ad ipsum ne immoderate velit, alio scilicet modo quam velle debeat et ne alio modo velit illud sibi quam illud sit in se.

---

APSVZBNYOQ(γμυ)

463 recta$^{1}$] perfecta $S^{*}$ | et$^{1}$] etiam V *om.* $AP^{*}N^{*}YQ$ | semper] *post* est$^{2}$ Q *om.* O 463-464 et dico quod] q. (*add.* si O) YO *om.* Q 464 in *om.* YO | eliciendo *in corr.* $P^{2}$ | actum *om.* O | sicut] *add.* et V | se *om.* Z 465-466 non — ageret] n. tamen V *om.* SY 465 tamen] *ante* est A *om.* O 466 illa haberet] h. i. Q | enim *om.* V 467 ex quo] *ante* in$^{1}$ (468) $P^{2}VN^{2}YOQ$ | in moderando] immoderato A *add.* secundum V | illam inclinationem *rep. post* moderari$^{2}$ (468) B 467-468 naturalem] *ante* inclinationem (467) PN *om.* Y 468 est] *add.* illam Y | moderari$^{1}$] moderare ZNY immoderari A | vel non moderari] non autem voluntatem naturalem O | moderari$^{2}$] moderare PNY | quia] enim *post* potestate (468-469) Q 469 est] *ante* in$^{2}$ (468) A non e. *ante* in$^{2}$ (468) O | agere] *praem.* illud Y *add.* in (in *om.* O) illud VO | in quod] vel non tantum quantum Q 470 idem] illud A | quod] quia Q 470-471 intellectus] *rep. ante* eius (468) $N^{*}$ voluntatis $S^{2}Y$ *add.* voluntatis VQ 471 moderare ZBNY | quae apprehendit *om.* $P^{2}N$ 472 ostenditur] ostendetur Z ostendatur B | principiorum] eorum O 474 potentiis] *comp.* V | moderari] moderare BNY immoderare Z | illa = ASO ista *rell. edd.* 475 omnino] *post* dominetur Q *om.* N 475-476 actus eliciatur] e. a. Q 476 advertere $S^{*}Z$ 476-477 speculabilia] speculativa vel s. A 477 inclinaretur] inclinetur Y inclinatur V | advertere $S^{*}$ | speculo (!) B | eorum *om.* Z 478 sit] est AYOQ | vel] et AYOQ | sic] sed V ita AYOQ 479 alia] illa Y voluntas *om.* V | moderare ZBNY 479-480 inclinationem sui ad ipsum *rep. post* immoderate (480) $N^{*}$(¶ *sign.* Vacat) 480-481 alio — se] aliquo modorum praedictorum Q 481 velle debeat] debet v. AYO | et *om.* $O^{2}$ | illud] aliud *post* sibi O *om.* V | sibi] ergo A | sit] *post* se Y *om.* O *add.* volendum $N^{2}$

T [90] Cf. supra n. 46 («Appetitus autem naturalis... recto, est rectum»). [91] Pronomine «illa», ter hic (n. 57) adhibito, subintelligitur 'voluntas naturalis'. [92] Cf. supra n. 47.

59 Aliter potest dici quod sicut actus intellectus 'considerando principium in se' non potest esse falsus, ita nec actus voluntatis 'amando finem in se' potest esse malus[93], – et iste 'actus'[94] est actus amicitiae, non actus concupiscentiae; tamen sicut actus intellectus posset esse falsus attribuendo veritatem primae causae alicui principio creato, cui non congruit illa veritas, – ita actus voluntatis potest esse malus concupiscendo bonitatem ultimi finis alicui alii ab ultimo fine, eo modo quo non congruit alicui alii.

